14

Q. D. B. V.

DISSERTATIONEM JVRIS CAMERALIS
INAVGVRALEM

DE

RITE CONSTITVENDIS
QVATVOR CASIBVS

CIRCA

MANDATA SINE CLAVSVLA

vulgo

Auf die Vier Fälle

QVÆ CORAM SVMMIS TRIBVNALIBVS
SACRI ROMANI IMPERII FRE-
QVENTANTVR

CONSENSV ET AVTHORITATE

MAGNIFICI JCTORVM ORDINIS

IN CELEBERRIMA ERFORDIENSI ACADEMIA

PRO OBTINENDIS SVMMIS IN VTROQVE JVRE
HONORIBVS

D. XVI. MARTII A. O. R. MDCCXLVI.

SINE PRÆSIDE

ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

Biblioteca Nazionale V. E. III NAPOLI

AVCTOR

CHRISTIAN AVGVST REICHEL
ADVOC. DRESDENS.

IN AVDITORIO JCTORVM MAJORI.

ERFORDIÆ
TYPIS JOH. CHRISTOPH. HERINGII ACAD. TYPOGR.

Digitized by Google

Digitized by Google

§. I.

Reipublicæ quantum interſit, ne cives in litibus protrahendis & dirimendis patiantur injuriam, ipſa utilitas publica, rerum commercia & cujusque Salus ſuadet. Juſtitiæ finis fruſtra petatur, ſi parti media juſtitiam cauſæ ſatis deducendi adimantur, nec minus, ſi lites protrahendi occaſio ſibi porrigatur. Ideo pro qualitate cauſarum lites ut dirigantur, neceſſe eſt. Romani nobis jamjam præiverunt optimo exemplo: Prætor vi poteſtatis ſuæ extra ordinem ipſe ſtatim decernebat, ut puta in cauſis extraordinariis, moram non ferentibus, damni infecti, utilitatis publicæ aliisque jure certo & liquido innixis. Proceſſum ſolennem autem coram judice pedaneo, de facto cognituro, ad Juſſum Prætoris inſtitutum eſſe, tralatitium eſt. a) Nec deficiunt media, in Saxonia inprimis

a) Extremum enim Prætoris Jurisdictionis in decernendo & Judice dando conſiſtebat. *l. 7. ff. de Confeſſ. l. 3. ff. de Jurisdict. l. 8. & l. 9. ff. de Offic Præſ.*

imprimis Electorali, extra ordinem Proceſſus ex bono & æquo lites definiendi, quibus per decretum deciſivum litium ambages excluduntur. Nec ignotum eſt, quod in Luſatia ſuperiori circa Proceſſum per Mandata ex legibus provincialibus enucleatum jacet. b) Quarum cauſarum principia in compendio quaſi Jura Imperii Romano-Germanici tenent, quæ de Mandatis ſine Clauſula, auf die vier Fälle, agunt. Ideo diſcusſionem cauſarum ad decernenda Mandata S. C. ex principiis tanquam ex fonte ſuo derivare, etiam foro Saxonico, absque re non eſſe mihi videtur.

§. II.

De Mandatis ſine Clauſula auf die vier Fälle, *Ordin. Camer. lib. II. tit. 23.* qui eſt in conceptu *tit. 25.* ex Editione Moguntina de *A. 1660.* ita habet: Nachdem auch in den Kayſerl. Rechten gar wohl geordnet, und verſehen, daß in gerichtlichen Sachen nit an der Execution und Mandaten angefangen werden ſoll: Setzen, ordnen, und wollen wir, daß an den Kayſerl. Cammer-Gerichte, die Mandata und Gebott, nicht anders, denn mit Einverleibung Clauſulæ juſtificatoriæ, dadurch den Gegentheilen, wieder die ſolche Mandata ausgehen, vorgeſetzt wird, Urſachen, warum dieſelben nicht ſtatt haben ſollen, fürzubringen, und in Sachen und zwiſchen den Partheyen an das Cammer-Gericht gehörig, erkennt wer-

Præſ. V. C. GERH. NOODT. *de Jurisd. l. 7.* CAR. SIGON. *de Judic. lib. VII. p. 1696. Tom. II.* THESAVR. GRÆV. PLIN. *lib. 10. Epiſt. ad Trajan.* LIV. *3. Dec. l. 3.*

b) Conf. Fratris mei beati D. GEORG. EHRENFRIED. REICHELII *Diſſ. Inaugur. de Proceſſu per Mandatum in Luſatia Superiori, A. 1731. Halæ habitam.*

werden ſollen. Es wäre denn, daß die Sach und Handlung, darüber die Kayſerliche Mandata zu erkennen gebetten, an ihr ſelbſt von Rechts oder Gewohnheit wegen gebotten. Und wo dieſelbe begangen, auch ohne einige weiter Erkänntnuß für ſtraffwürdig oder unrechtmäßig zu halten, oder daß dadurch dem anruffenden Theil ein ſolch Beſchwerde aufgelegt und zugefügt würde, die nach begangener That nicht wieder zu bringen, oder daß die Sache wider den gemeinen Nutz wäre, oder keinen Verzug leiden möchte, denn in ſolchen und ſonſt andern Fällen, in denen vermög der Rechten à præcepto ohne vorgehende Erkänntnuß, angefangen werden mag, ſollen und mögen durch Cammer-Richter und Beyſitzer Mandata ohne Juſtificatori Clauſul erkannt, und ohne einige Wider-Rede oder Verhinderung vollzogen, und darauf wieder die, ſo ſolche Mandata übertreten, auf die darinn verleibte Peenen, wie ſich gebühret, procedirt und gehandelt werden. Circa partitionem, quæ in margine Corporis Juris Cameralis, Wezlariæ editi, facta, opinio adeo inveterata deprehenditur, ut omnes fere ei ſubſcribant a). Variæ autem me movent cauſæ à communi partitione recedere, ſcilicet caſus inter ſe confundi, conjungendos ſeparari, ſeparandos conjungi, & notabilem quendam plane negligi. Quæ

a) Vid. GAIL. *lib.* 1. *Obſ.* 13. COCCEJ. *Diſſ. de Abuſu Mandatorum S. C.* §. 37. & 39. ab ETBEN *Diſſ. de Mandatis S. C.* §. 14. NVN. *Diſſ. de Mandatis S. C.* §. 7. 8. 9. & 10. OHRANDT. *Diſſ. de Mandatis C. & S. C.* th. 17. LAVTERB. *Coll. Pract. lib.* 1. *tit.* 4. §. 19. SCHVVANEM. *Obſ.* 124. & 135. RODING. *lib.* 1. *tit.* 12. *n.* 36. BLVM. *tit.* 29. *n.* 69. BREVICVLVM PRAXIS IMPER. AVLIC. *tit.* 42. §. 2. CRAMER. *Manual. Proc. Imper. Sect. I. Cap. VII.* §. 9. STRYCK. *Uſus modern.* §. 3. *ad ff. de Interd.* & alii longa ſerie ab his recenſiti.

impediunt, quo minus certa principia ſuppetant in dijudicandis limitibus veris proceſſus per Mandatum S. C. Proinde quatuor caſus, ipſis legibus imperii ſæpius repetitos b), recte diſcernere & juſta interpretandi ratione ad principia ſua revocare, operæ pretium duxi, facilius invidiam temeritatis evitaturus, ubi de certitudine rei, quæ grave momentum trahit, ſolicitus rem tot dubiis involutam c) principiis indubitatis vindicare, quantum in me eſt, annitor. Deus faxit feliciter.

§. III.

Quantum vero interſit, hoſce quatuor caſus Mandatorum S. C. recte diſcerni, incertæ & vagæ opiniones Doctorum ſatis probant. Alii enim pauciores; alii plures caſus admittunt. Sunt, qui unum a) ſibi fingunt, & quotquot obveniunt, caſus ad factum, uti ajunt, injuſtificabile b) referunt. Pars extra quatuor caſus cum FREHERO c) GAILIO d) BLVMIO e) extenſionem

b) conf. RECESS. DEPVT. *de Ao. 1600. §. 29.* REC. IMPER. NOV. *§. 79.* ibi: Wie denn auch die Mandata S. C. allein in den Vier Fällen - - - und auſſer denſelben nicht zugelaſſen. R. H. O. *de Ao. 1654. Tit. 2. §. 4.*

c) Vide ſi COCCEJ. *Diſſ. alleg. §. 17. conf.* REC. VISIT. *§. 9. & 10.*

a) ita MOSER. exiſtimat, caſum primum reliquis ſemper ineſſe. in der Einleitung zum R. H. R Proceß. *C. II. §. 3.*

b) GAIL. *I. Obſ. 13 n. 3.* MEV. *P. I. Dec. I. n. 10. P. I. Dec. 155. n. 1.* ibique alii. KLOCK. *Rel. Cam. II. n. 54.* COCCEJ. *Diſſ. all. §. 33. & 34.*

c) qui dictos quatuor caſus ad novem extendit, *lib. II. de Mand. C. II. §. 10. n. 17. & 19.* quamvis ipſe autumet, eos melius ad quatuor caſus textus reſtringi.

d) *lib. I. de Pace publ. c. 5. n. 10.* ubi Mandatorum S. C. quatuor caſus in ſeptem capita diſpertiunt. conf FREHER. *Mand. l. all. §. 10.*

e) *in Proc. Camer. tit. 34. n. 75 & ſeqq.* caſus XLIIX. collegit. At *Illuſt.* de LVDOLF. *in Syſtem. Jur. Cam. Sect.* I. *§. 10. n. 51.* horum ſextam partem vix frequentari educuit.

Digitized by Google

tenſionem admittunt f). Quos omnes conciliare & ad certum principium reducere gratis tentaveris, niſi de horum quatuor caſuum juſto dividendi fundamento prius cogitaveris.

§. IV.

Mandatum S. C. eſt Juſſus ſupremi Judicis imperii, quo executioni mandatur obligatio a) omni exceptione major, adjecta certa pœna, quam reus ſolvit, niſi ſtatim paruerit. Jus igitur petentis certum & evidens b) neceſſario requiritur ad Rei condemnationem omnimodam, & intentionem actoris certam & indubitatam præſupponit, ut reus ipſo jure vel facto à facul-

culta-

f) quod mirum eſt, ad hos quatuor caſus diverſos unum idemque principium, unum eundemque modum probandi ſufficere credunt; quod tamen nulla ratione procedit. Itaque aſſertum COCCEJI *Diſſ. all. §. 22.* quod Mandata S. C. eo tendant, ut res integra & in eodem ſtatu maneat, tantum ad caſum tertium pertinet, quo factum futurum inhibetur, quale in novi operis denunciatione videmus. Quodſi tamen jus probibendi adeo liquidum & evidens ulteriori cognitione haud indigeat, vix dubium eſt, mandari poſſe novi operis deſtructionem.

a) ſive ad dandum, ſive ad faciendum, ſive omittendum. conf. OHRAND. *Diſſ. de Mandatis C. & S. C. Theſ. 4.* Quamvis non deſint, qui ſub generali denominatione obligationum ad faciendum obligationes ad dandum intelligunt, uti *Ill. de* LVDOLF. *Obſ. IV. n. 6.* FREHER. *de Mandatis lib. II. c. 10. §. 6.* LYNCKER. *de Grav. Extraj. C. II. P. I. §. 3. n. 1. ſeq. & §. 5.*

b) quod omnibus Mandatis S. C. proprium & ſummum principium conſtituit, conf. COCCEJ. *diſſ. all. §. 29. Ill. de* LVDOLF. *Obſ. IV. n. 6. & in Syſtem. Jur. Cam. Sect. I. §. 10.* HILTROP. *Proc. Jud. P. II. tit. 4. n. 24. ſeqq.* FREHER. *lib. II. c. 15. §. 4.* TEXTOR. *diſſ. 7. §. 50. ſeq.* MEV. *P. I. Dec. 1.* DECKHER. *Relat. 15. n. 44.* Hinc in Mandato de præſtandis alimentis, ſi Judici conſtet ex deductis, Impetranti jus certum in re litigioſa competere, juris eſt, ut alimenta ei, donec cauſa citationis ſit deciſa, interim porrigantur. En præjudicium habes apud *Ill. de* LVDOLF.

Digitized by Google

cultate excipiendi excluſus vere contumax ſit, c) nec cauſa obligationis ulteriori cognitione indigeat, nihilque reliquum ſit, quam ut executioni mandetur obligatio, & contumacia obligati præcepto pœnali coerceatur. Certe caſus, qui Mandatis S. C. locum relinquunt, fingere nec libet, nec licet plures, quam dantur genera obligationum. Quævis obligatio naſcitur vel immediate ex lege, vel accedente quodam facto obligatorio

DOLF. *Obſ. Cam. Contin. de A. 1732. §. 8. in Append. I. faſcic. Sent. Cam.* In caſu autem deficientis juris certi & evidentis cum clauſula mandari debet. FREHER. *lib. II. tit. 54. § 12. n. 28.* Porro ex obtentu Juriſdictionis, ſi de ea manifeſte non conſtat, Mandatum S. C. de non turbando pars non impetrat. MEV. *P. II. Dec. 313. n. 2.* nec procedit, deficiente certitudine, judicem per interlocutoriam de ea ſe inſtruere poſſe, ut putat MOSER. in der Einleitung zum R. H. R. Proceß, *c. II. §. 76.* quia ejusmodi Mandata S. C. altera parte non audita dantur, excepto caſu ſubditorum contra Principes, quo litteræ informatoriæ ſæpius præeunt juxt. *R. I. de A. 1594. §. 79. de Ao. 1654. § 105. Capit.* CAROLI VI. *art. 19.*

c) Proinde Proceſſus Mandati S. C. non obtinet, ſi id, quod mandatur, ſpeciem juſti & injuſti per interpretationem capiat. conf. GYLMANN. *Symphor. T. 4. P. 2. art 3. n 17.* ſive defenſionem veriſimilem admittat. MEV. *P. VII. Dec. 92. n. 8.* ſive exceptionibus quibusdam poſſit juſtificari vel elidi. Veluti in cauſa de relaxando carcerato, niſi circumſpecte conſideretur, cur & quomodo incarceratio proceſſerit. MEV. *P. I. Dec. I.* In cauſa de exequendo Sententiam Judicis inferioris, quia facile ex poſtfacto, forſitan propter interventionem aliasque in ipſa executione locum habentes exceptiones Judex, ne exequatur, impediri poteſt. Quod ceſſat in Mandato S. C. de exequendo propriam ſententiam. *Ill. de* LUDOLF. *Obſ. LXX. Syſt. Jur. Cam. Sect. I. §. 10. n. 48.* MOSER. *d. l. Cap. II. §. 47.* Igitur reus jure excipiendi minime privatur, quotiescunque lex non adeo generaliter, nec definite aliquid vetat vel jubet, ut ea obligatio omni exceptione major appareat; ſed exceptiones admittit, vel ad certam qualitatem reſtringit, niſi hæc itidem in continenti liquida. Veluti in Mandato inhibitorio ex Edicto novi operis nunciationis, ſi ædificans facta denunciatione ædificationem continuet, de qua Judici conſtare debet. ob *l. 5. §. 10. ff. de nov. oper. nunc.* GAIL. *lib. I. Obſ. XVI. n. 12. Ill. de* LUDOLF. *Obſ. XXI.*

Digitized by Google

gatorio, ideoque ex conventione voluntaria. Quæ ſi ex lege immediate provenit, ſive dandum ſive faciendum lex præcipit, ſive ipſum quoddam factum prohibet. Illo immediatæ obligationis caſu I) ſi quis dare vel facere detrectat, quod duntaxat juſtitiæ cauſa vel ſola legis diſpoſitio vult fieri, ad id ſine ambagibus proceſſus compellitur. Hoc caſu II) factum lege prohibitum committens, non minus probato facto ſtatim coercendus eſt. Quod ſi vero III) juſta ſuſpicio adſit, reum facturum, quod lege eſt prohibitum, is jure extra ordinem Proceſſus ſolennis arcendus eſt, ne faciat, maxime cum utilitas publica, damnum irreparabile & periculum in mora ſubſit. Hoc caſu nimirum in conventione voluntaria, ubi factum obligatorium accedit, aut Judex de cauſa obligationis voluntariæ prius cognoſcit, ſententiam dicit, & tum demum exequitur, quod fit in cauſis ſimplicis Citationis: aut IV) conventio voluntaria ex Actis & Documentis confeſſatis Judici adeo liquet, ut ſtatim paratæ executioni mandari queat, quod in obligationem venit. En quatuor caſus Mandatorum S. C. veros, quos ordinatio Cameralis comprehendit, & diverſa natura obligationum penitus evincit.

§. V.

Speciatim conſiderantur ipſi caſus. Ad primum vulgo referunt verba: Es wäre denn, daß die Sache und Handlung, darüber die Kayſerlichen Mandata zu erkennen gebethen, an ihr ſelbſt von Rechts und Gewohnheit wegen gebothen: und wo dieſelbe begangen, ohne einige

weitere

Digitized by Google

weitere Erkänntnuß für ſtraffwürdig oder unrechtmäßig zu halten. Et factum, quod ajunt, injuſtificabile fundamentum primi caſus arbitrantur. Quod ſi vero dicendum, quod res eſt, ambo priores caſus, §. IV. demonſtrati, his verbis continentur, & dilucide ſibimet opponuntur. Aliud enim eſt, eine **an ihr ſelbſt** von Rechts und Gewohnheit wegen gebothene Sache und Handlung: Aliud eine **begangene** Handlung, welche ohne einige weitere Erkänntnuß für **ſtraffwürdig und unrechtmäßig** zu halten iſt. Priori caſu non indigitatur factum a) ſive illud juſtificabile ſive injuſtificabile dixeris. Quippe reus id, quod ex lege b) immediate jubetur, tan-

a) nimirum, lege prohibente commiſſum, quod ſit ipſo jure nullum & pœnale: quale factum ad caſum ſecundum requiritur. Diſtinguuntur autem ab eo facta, quæ hoc primo caſu ſæpiue ad inſtruendum jus petentis certum probanda veniunt, & obligationem omni exceptione majorem ad dandum & faciendum reddunt. Ut puta in caſu Mandati S. C. de reddendo rationes tutelæ adminiſtratæ neceſſe eſt, ut doceatur, tutorem eam ſuſcepiſſe. In Mandato inhibitorio novi operis nunciationis, denunciationem ſecundum *l. 5. §. 10. ff. de nov. oper. nunc.* rite eſſe factam: In Mandato de edendo, Documentum eſſe commune ſive ex eo certum intereſſe petenti competere. MEV. *P. VII. Dec. 92. et. ſin.* Alia quæſtio eſt, an denegatio, quæ factum involvere dicitur, ſit probanda. Lex nullibi eam requirit, potius quo quis ipſo jure tenetur, petitio hujus non eſt neceſſaria, ſed præſumtio pro actore habetur, eam antea factam eſſe. Si quoque facta non ſit, nihil inde ſequi poteſt, quam abſolutio ab expenſis, ſi Reus in Termino paritionis eam urgeat, & ad dandum vel faciendum paratus ſit. Aliud eſt, ſi fundamentum Actoris in denegatione ponatur, quemadmodum in cauſa denegatæ juſtitiæ, quia aliter factum injuſtum doceri nequeat.

b) nimirum, ubi alter ad dandum & faciendum ex legis neceſſitate tenetur. Qui caſus ſub certa lege haud perperam dicitur à MEVIO *P. II. Dec. 3.* quia ex ſola lege, non ex facto lege prohibente commiſſo, natura hujus caſus cognoſcitur. Veluti in caſu Mandati S. C. de edendo inventario, redden-

Digitized by Google

tantum omittit c), non vero dici poteſt, quod factum aliquod exiſtat, lege prohibente commiſſum. Tale enim factum commiſſum poſteriori caſu, qui ſecundus §. IV. dicitur, ſatis ſignificanter innuitur. Verba Ordin. Camer. und wo dieſelbe begangen, ohne einige weitere Erkänntniß für ſtraffwürdig oder unrechtmäßig zu halten, id ſatis ſuperque evincunt. Factum illud, lege prohibente commiſſum, aut ipſo jure nullum, aut ſimul pœnale e) eſt. Illud dicitur unrechtmäßig, hoc vero

reddendoque rationes adminiſtratæ Tutelæ. FREHER. *lib. II. tit. 49. § 1.* DECKHER. *Sent. Cam. p. 494. n 33.* Ex Mandato ad Commiſſarium, ut intra terminum præfixum examine teſtium defungatur. BARTHII *Coll. Sent. Cam. de Ao. 1530. fol. 1127. d.* Extrahitur ideo hoc primo caſu Mandatum S. C. ex lege, ut alter aliquid det & faciat, quo per ſe de jure eſt obſtrictus. Perperam itaque hunc caſum, ut aliquid des vel facias, à Proceſſu Mandati S. C. excludit COCCEJUS *Diſſ. all. §. 33. & 34.*

c) niſi factum omiſſivum ſive omiſſionis fingas cum LYNCKERO *de Grav. extraj. P. I. C. II. §. 3. n. 1. & §. 5.* quod ad obligationes ad dandum & faciendum ſemper ſeſe refert, & à caſu ſecundo, nimirum à facto lege prohibente commiſſo diſtinctum manet. Proprie autem non datur, quia facere & non facere ſive omittere tanquam contraria ſeſe habent, ideoque ſine contradictione in adjecto factum omiſſivum haud aſſeritur.

d) natura itaque hujus caſus ſecundi ex qualitate facti eſt petenda, quod nullo jure juſtificandum & comprobandum. Qui dicitur caſus facti injuſtificabilis, ubi alter ad non faciendum vel omittendum ipſo jure eſt obſtrictus, nihilo tamen minus lege prohibente ejusmodi factum injuſtificabile committit. Veluti in cauſa attentatorum, quæ per Mandata S. C. revocantur. MEV. *P. II. Dec. 255. & P. IV. Dec. 310. Dn. de* LUDOLF. *Syſtem. Jur. Cam. Sect. II. §. 2. n. 26.* BARTHII *Coll. Sent. Cam. de Ao. 1524. p. 731. c.* In cauſa nullitatum, quæ in continenti liquidæ doceantur. MOSER. *all. l. §. 73.* item contra eos, qui litem proſequi impediunt vel prohibent. FREHER. *lib. II. c. 2. §. 6. & c. 29. n. 1.* MEV. *P. I. Dec. 66. & 96. n. 3. P. II. Dec. 29.*

e) conf. MOSER. *Cap. II. §. 93.* ubi præjudicia. Veluti ſi imperii immediatus ex alterius Juriſdictione violenta manu captivum eripuerit.

Digitized by Google

vero ſtraffwürdig begangene Handlung. Diſtinctioni ſic ſatis manifeſtæ inter duos priores caſus porro robur ſingulare addit, quod Ord. Camer. circa cauſæ cognitionem notanter diſtinguat. In primo caſu cauſæ cognitioni plane locus eſſe nequit. Etenim quod non dederit vel non fecerit reus, pariter atque jus, quo ad dandum vel faciendum obligatur, cognitionem Judicis, qui circa facta ſolum occupatus eſt, aut non requirit, aut plane non admittit, id quod ſignificantius indigitari vix nequit, quam verbis: Die Sache und Handlung an ihr ſelbſt von Rechts und Gewohnheit wegen gebothen f). Secundus caſus abſciſſe reſpicit factum, quod lege prohibente commiſſum eſt, idque ita computatum vult lex imperialis, ut ulteriori cauſæ cognitione indigeat, adeoque cognitionem facti præceſſiſſe oporteat, ſed jamjam ſine ulterioriori cognitione factum, de quo judice conſtet, illegitimum vel pœnale pateat g). Verba clara ſunt: und wo dieſelbe begangen,

f) licet aliis recentiorum magis placuit verbothen, adeo ut MOSER. *l. all. in not. n. 1.* illud gebothen pro inſipido typographi errore tradat, & punctum, quod poſt hanc vocem ſequitur, in recentioribus Editionibus Juris Cameralis in ſemicolum transverſum reperitur. Nihil muto, quia tum per vocem: gebothen, tum accedente puncto, hic caſus à ſecundo ſignificantius diſtinguitur, & à vitio tavtologiæ, quo textus alioquin incideret, eo magis purgatur.

g) Ergo caſus ſecundus pariter requirit jus petentis certum & evidens ſecundum *§. IV. not. b*), ex quo obligatio Rei ad non faciendum omni exceptione major oritur. Quod jus & obligatio ex facto injuſtificabili plane pleneque cognoſci debet, factum ipſum tamen veroſimiliter demonſtrari ſufficit. Hinc Mandatum S. C. de relaxando Arreſto debitori cambiali dabatur, quia Creditor à jure cambiali jamjam receſſerat. *Id. de* LUDOLF, *Obſ. 179. & ſeqq.* Quo plene probari oportuit, creditorem à jure

Digitized by Google

gen, ohne weitere Erkänntniß für ſtraffwürdig und unrechtmäßig zu halten. Quis non videt, hosce duos caſus reapſe & verbis expreſſe diſtinctos? quo diſcrimine neglecto, lex ipſa vitio tavtologiæ h) liberari nequit. Et qui diverſiſſimum in utroque caſu procedendi modum i) obſervaverit, facilius in hanc ſententiam ibit.

§. VI.

Progredior ad caſum Mandati S. C. qui, nec perperam, tertius mihi videtur, & habetur in proxime ſequentibus verbis: oder daß dadurch dem anruffenden Theile

jure cambiali antea receſſiſſe, factum Arreſti autem veroſimili modo demonſtratum dabatur. Plena enim ejus probatio nullibi requiritur, nec eſt neceſſaria, quia reus contra factum exceptione ſub. & obreptionis gaudet. LYNCK. *de Grab. extraj. C. IX. P. II. §. 52. n. 1.* Non ſatis apte ideo verba textus: Ohne weitere Erkänntniß ad modum probandi ipſum factum commiſſum cum MOSERO *l. c. Cap. I. §. 6. Cap. II. §. 2.* trahuntur.

h) quia alia interpretatione verba: an ihr ſelbſt von Rechts und Gewohnheit wegen, & quidem verbothen, ſicuti interpretes malunt & verba ſequentia, wo dieſelbe begangen - - - für ſtraſwürdig oder unrechtmäſſig zu halten, unum idemque ſignificare manifeſtum eſt.

i) Differentiæ notatu digna in ipſo proceſſu comprehenduntur. In caſu enim priori, quo mandatur ad dandum & faciendum, quod per ſe ipſo jure eſt debitum, non paritoria ſimplex; ſed plena ſequitur, qua Reus ab exceptionibus plane excluditur. *Ill. de* LUDOLF. *Obſ. 162.* Aliud in caſu poſteriori, quo plerumque ſimplex paritoria præmittitur. FREHLER. *lib. II. c. 15. §. 7.* Porro quia in caſu priori id, quod mandatur, controverſum non eſt, ſed ipſo jure per ſe patet, nec cognitione ulteriori opus eſt, pure ſine ulla Clauſula mandari poteſt. COCCEJ. *Diſſ. all. §. 37.* Hinc Citatio ſolita Mandaris S. C. annexa ad audiendum ſe declarari in pœnam Mandato inſertam merito prætermittitur. LYNCK. *de extraj. Grab. P. II. c. 9. §. 51. n. 2. & c. 3. §. 14. n. 19.* MOSER. *Cap. III. §. 15.* GYLMANN. *Symph. T. II. P. 3. tit. 8. Suppl. 7.* quod in caſu poſteriori fieri non ſolet, quia pars altera contra factum lege prohibente commiſſum exceptionibus ſuis audiri debet, & Judici illud plene, ſicuti in priori caſu, probatum dari nequit.

Digitized by Google

Theile eine ſolche Beſchwerde aufgelegt und zugefügt würde, die nach begangener That nicht wieder zu bringen, oder daß die Sache wider den gemeinen Nutzen wäre, oder keinen Verzug leiden möchte. Res ipſa loquitur, caſum tertium cum ſecundo in eo convenire, quod uterque facto injuſto vel ſimul pœnali nitatur, id quod vox relativa **dadurch** palam indicat. Differt autem tertius caſus à ſecundo a) maxime in eo, quod in hoc damnum ex facto præterito jam perpeſſum reparatur, in illo autem damnum ex facto futuro metuendum avertitur. Non vero omne factum futurum, ſive ſit injuſtum ſive pœnole, licet nocivum, ita comparatum eſt, ut ratio vel neceſſitas exigat ſeverius remedium ad factum vel damnum futurum prohibendum b). Tum demum

a) Differt etiam à primo, imprimis in eo, quod primus caſus innitatur obligatione ad faciendum id, quod alter omittit: hic tertius autem obligatione ad omittendum id, quod alter facere intendit. Ambo facta futura juri contraria continent, ſunt tamen maxime diverſa. Igitur in caſu de exhibendis liberis apud MOSER. *Cap. II. §. 53. l. all.* quo de iis tribus generibus, nimirum damno irreparabili, utilitate publica, & periculo in mora nihil probandum venit. Econtra in caſu de non offendendo præſens periculum ex juſto metu offenſionis ut demonſtretur, neceſſe eſt. *R. I. de A. 1594. §. 76.* MEV. *P. II. Dec. 47. n. 3.*

b) Abſonum enim, judicem de quocunque facto futuro, facile reparando, quo neque læſio publica, neque irreparabilis ex mora metuitur, fruſtra inquietare. Veluti ſi Mandatum S. C. de adminiſtranda juſtitia petieris, priusquam ea tibi ſit denegata. Item ſi Mandatum de non turbando extrahere velis, quando nulla turbatio unquam eſt facta, & gravamen, quod metuitur, facile reparandum. Quodſi igitur factum futurum applicare nequit actor ad hæc tria genera, ſine præjudicio expectet, an factum, quod timet, reus committat? exinde enim ei ſingulare gravamen non accreſcit. Atque factum, quod metuebatur, vere commiſſum, poſtea injuſtum ſive pœnale fit, quo ipſo idem ad ſecundum caſum Mandati S. C. qualificatur, quo damnum inde perpeſſum actori reſarcitur.

Digitized by Google

mum rationem juris vel neceſſitatem futuri facti vel damni prohibitionem maxime exigere LLatori viſum eſt, ubi damnum irreparabile eveniret, utilitas publica læderetur, vel in mora ipſa periculum ſubeſſet. Ex quo porro fluit, unicum objectum tertii caſus, quod in facto futuro injuſto vel pœnali collocatur, hiſce quaſi finibus provide circumſcribi, non vero iisdem tres ſeparatos caſus contineri, ita ut ad caſum ſecundum damnum irreparabile, ad tertium utilitatem publicam, & ad quartum periculum in mora referunt, quæ fere communis doctorum c) eſt ſententia. Verba ipſa Ordin. Camer. dilucide à me in medium prolata corroborant, nimirum gravamen ſive damnum illud futurum, quod ex facto injuſtificabili futuro metuitur notantes dicitur ibi, eine ſolche Beſchwerde, die nach begangener That nicht wiederzubringen, oder daß die Sache wider den gemeinen Nutzen wäre, oder keinen Verzug leiden möchte. Quæ tria genera damni infecti ſeſe liquido referunt ad dictum objectum unicum, à prioribus duobus, §. 5. explicatis, ſatis diſtinctum. Accedit, quod hæc tria genera damni infecti, ſi non omnia, tamen duo ſæpius in caſibus obvenientibus coincidant, & penitus connexa ſint, adeoque diverſos & ſpecifice diſtinctos caſus haut conſtituant. Ita damnum publicum ſubinde æque minus irrepabile eſt, etiam periculum ex mora regulariter adeſt d). Diſſentientes

 quoque

c) videatur *§. 2. n. 4) huj diſſert.*
d) Veluti: in caſu Mandati S. C. de non proſequendo novo opere. MOSER. *Cap. II. §. 39.* Cujus fundamentum fuit, ne commercium per illud in futurum

quoque inficias ire nequeunt, quod cum periculo in mora ſimul vel utilitas publica læſa, vel damnum privatum idque irreparabile ut plurimum in uno objecto conveniat e). In connexis autem membra dividentia, quæ diverſi quid præſupponunt, collocare, rationi minus conſentaneum videtur. Propterea quoque robur hujus ſententiæ conciliatur, & contraria fere communis opinio excluditur, quod ſæpius dictæ tres circumſtantiæ damni infecti à facto futuro injuſtificabili vix unquam ſeparari queant f), quorum unum neceſſario g) adeſſe debet in Mandato S. C. Fac igitur, in uno

futurum impediatur. In quo memorata tria genera evidenter concurrunt.

e) Hinc ſi Dominus Sylvæ, qua alteri jus venandi competit, grandes & annoſas arbores, cumulatim & magno numero una vice excidere & ad queſtum ſuum transferre voluerit. GVIL. *lib. I. Obſ. XVII. n. 7.* Quodſi intentio Domini Sylvæ, ſive metus juſtus ex circumſtantiis ſaltim probabiliter demonſtretur, damnum irreparabile & periculum in mora ex ipſa rei natura apparet.

f) *Illuſtr. de* LVDOLF. *Syſt. Jur. Cam. S. I. §. 10. n. 48.* LYNCKER. *de Grav. extraj. P. II. Cap. IX. §. 50. n. 9.* Liquido patet, quod interpretes juris Cameralis caſus eos quatuor confundare, & referre primum ad vulgaris partitionis, quam ſequuntur, tres caſus Mandati S. C., eo ſint commoti, ut ne connexa pro diverſis venditarent. MOSER. *all. l. Cap. II. §. 3.* aliique. Quorum medela ſecundum meam partitionem eorum quatuor caſuum non utor.

g) Hinc eſſentialiter hæc tria genera ad caſum, qui mihi tertius eſt, requiruntur. Reliquis ex quatuor caſibus autem ea tria genera ſæpe ſubſunt, ſed non niſi accelerando Mandato S. C. proficiunt, quemadmodum in cauſa de præſtandis alimentis, *conf. §. 4. n. c) huj. Diſſ.* quo caſu licet ſæpe dictæ circumſtantiæ tres concurrunt, per ſe tamen ſingulæ non ſufficiunt ad extrahendum Mandatum *S.* C., niſi ad primum vel quartum caſum, qui in §. ſequenti conſtituitur, actio pertineat, nimirum jus petentis alimenta vel immediate ex lege, vel ex conventione per documenta indubitata clarum & evidens probetur,

Digitized by Google

uno caſu damnum irreparabile, læſam utilitatem publicam, & periculum in mora concurrere, nihilo minus Mandatum S. C. fruſtra petieris, niſi factum futurum injuſtificabile h) ſimul adſit i). Multo magis veritati conſentaneum, nullum ſolum ex tribus illis caſibus, quos vulgo fingunt, ſufficere k), adeoque non temere à communi opinione me receſſiſſe.

§. VII.

---

h) conf. *Ill. de* LVDOLF. *Syſt. Jur. Cam. Sect. I. §. 10. n. 48. & MOSER. all. l. §. 113.*

i) ſaltim ex relatione facti futuri metuendi Judex cognoſcere debet, lege illud prohibitum eſſe. Sed quæritur, an obligatio ad omittendum indeque oriens jus petentis adeo certum & evidens doceri neceſſe ſit, quo judex de eo ex plene probatis convictus detur. Negativa verior videtur, quia textus per particulam **dadurch** ſolummodo ſeſe refert ad factum injuſtificabile, non autem verba: **ohne weitere Erkänntniß**, eo redundunt, ut judex de certo caſu petentis in continenti ex plene probatis evincatur, cum hoc caſu tantum ob juſtas cauſas aliquid fieri interdicitor, & res integra conſervatur. COCCEJ. *Diſſ. all. §. 38.* Hinc in Mandato S. C. de Sylva non devaſtanda, vel arboribus frugiferis non exſcindendis ſufficit, ſi alterius obligatio ad omittendum omni exceptione major allegetur, licet plene non probetur: quo caſu damnum irreparabile & periculum ob moram per ſe patet, ſicuti regulariter ea tria genera caſus tertii ex negotii & rei natura pleromque ſequuntur, & ſi non ex factis qualificanda, ſimpliciter allegari ſufficit. Nec dubio caret, à judice hoc tertio caſu facilius impetrari Mandata S. C., quæ læſionem reipublicæ vel civis ex facto futuro metuendam, avertat, & ſalvam intactamque utilitatem publicam & privatam conſervet, cum ſit difficilius reparatio læſionis, quam univerſi vel ſinguli jam paſſi ſunt, ac proinde non perperam hic caſus præ aliis favorabilior exiſtimetur. Adeo ut, ſi neceſſitas jubeat, etiam ex officio judicis Mandata decernantur; & licet Mandatum C. C. ſit petitum, nihil impedit, quo minus in *Mandatum* S. C. mutetur: etiamſi in cauſa jamjam ſit appellatum, loco appellationis ſine clauſula *Mandatum* decernatur. *LYNCKER. de Grav. Extraj. P. II. Cap. IX. §. 48. n. 4. & 5.*

k) imo caſus extant, ubi Mandato S. C. locus non eſt, utut periculum ſubſit armorum, veluti contra poſſeſſorem, ſi certum ſit, eum rem poſſidere. GAIL. *I. Obſ. 5. n. 5. BENDER. de Reviſ. Concl. 20. n. 134.*

Digitized by Google

§. VII.

Reſtat, ut quartus caſus Mandati S. C. demonſtretur. Verba Ordin. Cam. quibus quatuor illi caſus abſciſſe definiti habentur, jamjam in antecedentibus tribus caſibus examinata ſunt. Tantum vero abeſt, ut iis aſſentiar, qui proxime ſequentia verba: Denn in ſolchen und ſonſt andern Fällen, in denen vermöge der Rechte à præcepto ohne vorgehende Erkänntnuß angefangen werden mag, ſollen und mögen Mandaten ohne Juſtificatorie-Clauſul erkennt werden. ac ſi fruſtra poſita eſſent, plane omittunt: ut potius iisdem verbis quartum caſum comprehendi mihi videatur. Priores tres caſus §. V. & §. VI. ad principia certa revocatos ſpeciales eſſe, manifeſtum eſt, & quaſi in indice dandum & faciendum, factum præteritum & futurum ſub certis modis qualificatum, eaque omnia ex lege immediate injuſtificabilia complectuntur. Conſequens & naturale fuit, ut generalis caſus adderetur, qui obligationes paratæ executionis non immediate ex lege, ſed ex conventione ortas, deſignaret, ubi per Mandata S. C. a) procedere licet. Hosce provide circumſcriptos deprehendo ex modo citatis verbis Ord. Cam. ibi: **andere Fälle**, in denen vermöge der Rechte à præcepto ohne vorgehende Erkänntnuß angefangen werden mag. Tralatitium eſt, legibus imperii proceſſum executivum ſingularem non dari b), cauſas vero paratæ executionis

a) quem caſum *FREHER. MIND. l. all. cap. 58.* haud perperam caſum executionem appellat.

b) omnes enim proceſſus ad modulum Citationis vel Mandatorum in Camera

nis legibus ſollicite definiri nemo negabit, modus igitur in iisdem procedendi adſit neceſſe eſt: alium, quam per Mandata S. C. non dixerit, qui proceſſum imperialem vel leviter cognitum habet. Igitur mirum, cur verba ſupra excitata ſusque deque habuerint Interpretes, & ne plures, quam quatuor caſus, perperam licet diſpertitos, facerent, hanc notabilem diſpoſitionem Ord. Cam. tanquam fruſtraneam quaſi plane neglexerint. Non ita ſentio: alios enim caſus præter antea recenſitos exſtare, ſatis evidenter indicant verba: **und ſonſten andern Fällen**, & quomodo hi caſus reliqui cognoſci debent, per verba: in denen à præcepto **ohne vorgehende Erkänntnuß** angefangen werden kan, luculenter demonſtratur. Qui omnes nec perperam mihi videntur contrahere & in unum coarctare ſequenti modo: quoties obligatio conventionalis c) ex actis publicis d) vel ex documentis guarentigiatis e) & ſimul reco-

mera ſunt tractandi. *teſt. Ill. de* LUDOLF. *Syſt. Jur. Cam. Sect. I. §. 10. n. 18. et. ſeq.*

c) tum ad dandum, tum ad faciendum vel omittendum, & differt à primo caſu maxime in eo, quod hoc caſu ea obligatio immediate ex lege, illo contra ex conventione libera dijudicatur. *conf. §. 4. huj. diſſ.*

d) quia Acta publica recognitione non indigent, ſed perpetuam & publicam fidem habent. *l. 6. C. de re jud.* hinc res judicata pro veritate habetur. *l. 207. ff. de Reg. Jur. l. 25. ff. de Stat. hom. l. pen. ff. de re jud.* Quibus actis publicis ſive judicato confeſſio quæcunque judicialis æquiparatur. *l. 1. l. 6. ff. de confeſſ. l. un. C. de confeſſ. l. 13. C. de n. n. pec.*

e) non tamen iis ſolis: Judex enim de veritate documenti quoque convinci, & debitor priusquam ex ejus contentis condemnatoria datur, de recognitione vel jurata diffeſſione audiri debet. Præjudicia habentur in BARTH. *Coll. Sent. Cam. de Ao. 1527. p. 882 b.* DECKHERR. *Sent. Cam. in append. n. 22. Ill. de* LUDOLF. *§. XIX. n. 43. & 44. in append. l. Faſc.*

Sent.

recognitis f) adeo certa & indubitata deprehenditur, ut nihil g) reliquum ſit, quam ut paratæ executioni mandetur h), toties Mandatum S. C. impetrari poſſe confidenter affirmo. Quod ſi ita ſit, nec perperam colligitur, Clauſulas Chirographis ut plurimum inſertas,

---

Sent. Cam. Select. de A. 1732. FREHER. MIND. lib. II. c. 70. §. 6. Nec ſufficit, recognitionem extrajudicialem debitoris Documento acceſſiſſe, juxt. *REC. DEPVT. de Ao. 1660. §. 34.* Inde inſtrumenta privata teſtium ſubſcriptione corroborata, his mortuis, vim probandi non habent, quia teſtium recognitio deficit. *C. 11. X. de probat.*

f) & quidem conjunctim. Vis guarentigii Documento denegari nequit, licet non ſit confeſſatum: Confeſſatum eſſe poteſt, quod non eſt guarentigiatum: Utrumque ideo adeſſe, requiritur in hoc genere Proceſſus. Conſentire videtur FREHER. MIND. *lib. II. c. XI. §* 2. Hine ex pacto liquido, quod conſtat ex documento privato, niſi confirmatio judicialis accedat, per Mandatum S. C. agi nequit. MOSER. *l. c. c. II. §. 34. ſeq.* In documento autem publico confirmatio ea non requiritur, quod confundit. MOSER. *l. all.*

g) Ergo obligatio itidem omni exceptione major, qua jus petentis certum probatur, requiritur, & plene doceri debet. Quibus conſequens eſt, ex obligatione bilaterali caſum Mandati S. C. non dari, niſi id, quod Actori ſecundum eum præſtare incubuit, in continenti liquidum doceatur. Exceptiones non numeratæ pecuniæ, non adimpleti contractus, rei non traditæ, conditionis nondum adimpletæ, aliæque ſtatim, ut ajunt, in Supplica pro Mandato S. C. elidi debent. Ita ex teſtamento publico & ſolenniter aperto legatarius contra heredem per Mandatum S. C. non experiatur, niſi illud teſtamentum ſimul ſit recognitum & aditio hereditatis in continenti liquida appareat. Exceptiones enim, quibus teſtamentum prorſus invalidatur, ipſo jure heredi ſunt relictæ & ex aditione hereditatis quaſi ex contractu heres tenetur, ideoque plane inauditus & dum nondum conſtet, an hereditatem adeat, an repudiat, ad ſolvendum legatum per *Mandatum* S. C. compelli nequit.

h) quod enim certum, definitum, expeditum liquidumque eſt, id per proceſſum ſtrepitumque judicii amplius liquidari non debet, ſed quod omnium promptiſſimum eſt, executioni mandari, ſunt verba FREHER. MIND. *l. all. Tit. LIX. §. 1. conf.* COCCEJ. *Diſſ. all. §. 37.* Præjudicia habet MOSER. in ſeiner Einleitung zum R. H. R. Proceß, *Cap. II. §. 34. §. 85. Cap. III. §. 19.*

Digitized by Google

tas, veluti ohne Recht i), clauſulam executivam k), cambialem l) & hujus generis alias neque Mandato S. C.

---

i) Crebriorem uſum hujus Clauſulæ teſtatur *Ill.* *de* LUDOLF. *Syſt. Jur. Cam. Sect. I. §. 10 n. 48.* *MOSER. all. lib. Cap. II. §. 17. & §. 38.* Quæ clauſula & ejus verus Senſus *Receſſ. Deput. de Ao. 1600. §. 32. ſeqq.* explicatur, ibi: Da aber die Worte ohne Recht, ſo etwas mehr auf ſich haben, in der Haupt-Verſchreibung befunden, ſollen Mandata - - - erkennet werden. Quibus Interpretes colligunt, ex Documento, quo clauſula ea ohne Recht inſerta, Mandatum S. C. impetrari poſſe. Si quis autem dictæ ſanctione *Receſſ. Deput.* antecedentia & conſequentia verba contulerit, facile deprehendet, hanc legem loqui de Documentis, quæ non minus guarentigiata, quam confeſſata ſunt, idque caſus duo in ſubſequentibus §§. 33. & 34. propoſiti liquido probent. Si enim juramentum vim guarentigii neque infert neque auget, ſed duntaxat confirmat, & extrajudicialis confeſſio debitoris minus ſufficit, conſequitur, guarentigiatum & judicialiter confeſſatum Documentum §. 32. præſupponi, neutiquam vero ibi diſpoſitum eſſe, eam Clauſulam debere guarentigiato, multo minus Mandato S. C. ineſſe. Dicto §. 32. autem continentur caſus duo plane ſingulares, alter ſi documento guarentigiato & confeſſato, Clauſula ohne Recht adjecta, alter ſi ejusmodi documenta concepta verba Clauſula mit Recht ſint inſerta. Illo caſu, ſi pro ſubſtrata materia, ut res ipſa poſtulat, verba illa generaliora reſtringantur, recte aſſeritur, quod verba ohne Recht documento guarentigiato & inſimul confeſſato adpoſita haud impediat, quo minus Mandatum S. C. decernatur: In caſu poſteriori verba mit Recht privant Documentum alioquin liquidum vi paratæ executionis, & Creditor proceſſu ordinario, quem hiſce verbis mit Recht legislator intendiſſe videtur, experiri ſubigitur, & extra ordinem procedendi modo, ſcilicet per Mandatum S. C., quaſi renunciaſſe cenſetur.

k) quam clauſulam ad qualitatem Mandati S. C. requirunt LYNCKER. *de Grav. extraj. P. II c. 9. §. 51. n. 9. & 53. n. 1. &* KLOCK. *Cam. Sel. Relat. II. n. 103.* Sed perperam, uti jamjam demonſtratum eſt. De Praxi contraria teſtis eſt *Ill.* *de* LUDOLF. *Syſt. Jur. Cam. Sect. I. §. 10. n. 48.*

l) Mandata S. C. non decernantur propter Clauſulam cambialem. Proinde ſi tempus ſolutionis in cambio non expreſſum ſit, denegatur ejusmodi Mandatum. teſt. *Ill.* *de* LUDOLF. *Obſ. 179.* Eadem ratio eſt in cambio die & conſule deſtituto, quia requiſita guarentigii ejusmodi cambio deſunt. Nec ſufficit, vim guarentigii Cambio ineſſe, ſed inſimul confeſſatum eſſe requiritur. Ideo neceſſe eſt, Cambium tempore ſolutionis debitæ à Notario & teſtibus Debitori ad recognitionem præſentari, eam-

Digitized by Google

S. C. locum dare, neque impedimento eſſe, ſi deficiat, ſed ſufficiat, ſi judex de veritate ejusmodi documenti, & ex ejus contentis de jure certo Petentis ita; ut ſtatim executioni mandetur, ſatis inſtructus datur.

§. VIII.

Quatuor hiſce caſibus circa conſtituendos eorum limites abſolutis, proximum eſt à Jure petentis ad jus excipientis contra mandata S. C. tranſire. Sola exceptio ſub & obreptionis contra ejusmodi Mandatum admittitur a), qua exceptione generali Cameraliſtæ tot exceptiones pro ambitu vago comprehenſas tradunt b) ut

que per acceptationem ex Notarii Inſtrumento vel alio modo, confeſſatum eſſe, doceri: quia in decernendo Mandato S. C. Documentum guarentigiatum & inſimul confeſſatum requiritur. Errant igitur ii cum *FREHER. MIND. all. l. c. 69. n. 13.* & *COLER. de proceſſu execut. cap. III. P. 4.* qui putant, fidem publicam judiciariam ſive Inſtrumentum Tabellionis publici ad guatentigium requiri. Aliud eſt Documentum guarentigiatum, aliud ſimul confeſſatum. Utrumque Mandatum S. C. ex Cambio exigit. Nec obſtat *Rec. Imper. Nov. §. 107.* Nemo non videt, verba dictæ ſanctionis de obligatione cambiali ſive de Arreſto perſonali coram Judice inferiori abſciſſe concepta eſſe, & non niſi legi expreſſæ vim inferendo trahi ad Mandata S. C. conſtat enim, Mandatum S. C. ex cambio non involvere Arreſtum perſonale, neque proceſſum ſingularem, qui cambialis diceretur, coram ſummis tribunalibus Imperii exſtare. Potius ibi aſſeritur, proceſſum Mandati executivum eligentem à jure cambiali receſſiſſe. *Ill. de* LVDOLF. *Obſ. 179.* Licet quoque in dicto *Rec. Imp. nov.* cambiis paratam executionem ineſſe expreſſe ſancitum reperiatur, verba ea tamen diſpoſitive, nec relative accipienda, & duntaxat opinio Doctorum ibi recenſita eo magis videtur, quo magis certum eſt, executionem in perſonam ſive Arreſtum jure cambiali non admitti, niſi prævia cambii recognitione, quæ autem in cauſis paratæ Executionis, quibus Mandata S. C. decernuntur, Jamjam facta præſupponitur.

a) Vid. *REC. IMP. de A. 1544. §. 77.* quo ſe refert K. G. R. Ordn. *Tit. II. §. 4* conf. *Mev. P. VI. Dec. 342. P. VII. Dec. 21. COCC. Diſſ. all. §. 43. & ſeqq.. DECKHERI Rel. 15. n. 39.*

b) de cujus exceptionis ambagibus vid. *REC. DEP. de A. 1600. §. 61.* nec ſatis

Digitized by Google

ut neque actor neque reus de jure ſuo certi ſint. Operæ igitur pretium erit, jus excipientis ad certa principia revocare, aliis acutioribus ingeniis rem maxime momenti perficiendi cauſam ſuppeditando. Exceptione ſub- & obreptionis falſa eſſe narrata celatamque veritatem reus probare intendit c). Nec inficias ire poſſum, difficilius judicatu eſſe, quænam ratio in definiendo & probando jure excipientis ineunda ſit, cum olim ad ſola narrata Mandata S. C. emanarent d), quod legibus Imperii plane immutatum, & quatuor illi caſus abſciſſe jus actoris ita comparatum volunt, ut vel nulla vel ulteriori cauſæ cognitione opus ſit e). Conſtat

ſatis determinatæ ſunt exceptiones, quæ *RECESS. NOV. IMPER. §. 76. & 77.* relevantes & irrelevantes dicuntur. Conf. *MOSER. l. all. Cap. III. §. 41.* Huc accedit, caſus exceptioni ſubreptionis aptos vix fingere licere, cum Mandata S. C. aliter non dantur, quam ſi jus petentis usque adeo liquidum & certum eſt, ut cauſa ulteriori cognitione non indigeat: verum enim & liquido probatum ſimul falſum eſſe nequit. Ideo ſæpius & magis in cauſa eſt obreptio quam ſubreptio.

c) *c. 20. X. de Reſcriptis* ibi: tacita veritate, vel ſuggeſta falſitate. Hinc Reſcripta conditionem, ſi preces veritate nituntur, ſemper includunt. *l. 13. C. de Tranſact. l. 7. C. de diverſ. Reſc. C. l. 8. 15. 17. 22. 26. X. de Reſcripit. GAIL. lib. I. Obſ. XIV. n. 2.*

d) ideoque hanc exceptionem olim facilius admiſſam extra dubium eſt. *Ill. de LUDOLF. Syſt. Jur. Cam. Sect. I. §. 10. n. 48. SCHILTER Exerc. 47. §. 5.*

e) quia Mandatum jure certo nititur. Hinc exceptionem ſub & obreptionis facti non juris eſſe dicunt. *TEXTOR. Diſp. 7. §. 50. usque 53. HILTROP. Proc. Ind. P. II. tit. 4. n. 24.* Quo ipſo vero indoles hujus exceptionis nunquam pateſcet. Etiam in litem fruſtra deſcendunt, cum hodie omnes exceptiones ſunt facti & peremtoriæ ad elidendum jus actoris tendunt, itaque vix quis intelliget, quid interpretes ſibi velint, dum cenſent ſæpe dictam exceptionem ideo non juris eſſe, ne ad jus actoris pertineat. Certe jus ſine facto non concipitur & utrumque tanquam connexum in applicatione ſeparationem non permittit. Proinde ſi per facta contraria ex circumſtantiis obvenientibus jus impetrantis eliditur, nihil

ſtat inde jus perentis certum indubitatum & omni exceptione majus. Nec ignotum eſt, Proceſſum per Mandatum S. C. executivi vicem ſuſtinere, & caſus eos quatuor tanquam exceptiones à regula ipſa lege Imperii exemtos eſſe f). Analogia ideo juris & Proceſſus poſtulat, ut eadem ratio juris ſit excipientis, quæ eſt petentis, & idem utriusque modus probationis g). Ex quibus ſequitur, Reum non niſi æque liquidum & indubitatum jus excipiendi juvare. Hinc regula: Quæ exceptio paratæ executioni h) valide opponitur, etiam contra Mandatum S. C. obtinet. De illis legibus cum comparatum ſit, nihil vetat, quo minus ad hos, quæ

nihil dubii eſt *Mandatum*, jamjam decretum caſſari. Veluti in cauſa de præſtando homagio, ſi doceatur de ſubjectione litem eſſe pendentem, ſive homagium alii, qui ſubjectionem prætendit, jamjam præſtitum, quod antea relaxandum ſit. Conf. *MOSER. l. all. Cap. II. ſ. 58.*

f) ut patet ex ipſo textu *ORD. CAM. lib. II. tit.* 23. ibi: daß in gerichtlichen Sachen nicht von der Execution und Mandaten angefangen werden ſolle. Es wäre denn ꝛc. ſequuntur caſus quatuor ſupra deducti. Hinc quoque proceſſus hic Mandatorum S. C. executivus abſciſſe dicitur. *C. O. C. lib. 3. tit. 42. pr.* conf. *MEV. P. VI. dec. 15. n. 3. ab ETBEN Diſſ. de Mand. S. C. §. 28.*

g) eoque magis in hoc Proceſſu per Mandata *S.* C. quo capita implorationis in continenti liquida requiruntur, quodſi exceptiones illiquidæ admitterentur, protractio litis fieret contra naturam hujus Proceſſus. Ordinaria autem probatio non admittitur. *FREHER. Mind. lib. II. Cap. 15. §. 6.* Id ſatis quoque patet ex *RECES. Deput. de A. 1600. ſ. 61.* ibi: Daß in puncto ſub- & obreptionis viel Weitläufftigkeit geſuchet und gebrauchet worden, und durch die Partheyen anders nicht als ordinario proceſſu mit vielen Articuln, reſpondiren und Beweiſſungen per plures dilationes procediret ꝛc. ꝛc. Clarius habetur K. G. R. Ordnung *Tit. II. ſ. 4.* ibi: auch ſollen die Exceptiones contra Mandata S. & C. Clauſula nach Art und Eigenſchafft eines jeden Proceſſus und ſo weit ſie darinnen zuläßlich beobachtet werden.

h) hinc exceptiones altioris indaginis non admittit *Illuſt. de LUDOLF. Obſ. 61. it. Syſtem. Jur Cam. S. I. §. 10. n. 18. MOSER. all. l. Cap. III. §. 29. FREHER. MIND. lib. II. Cap. 15. §. 4. KLOCK. Rel. Cam. II. n. 50.*

Digitized by Google

quæ contra Mandata S. C. procedunt, applicentur. Quemadmodum igitur Mandatum S. C. facto quodam immediate ex lege obligatorio vel legibus prohibito, quod commiſſum jamjam eſt, vel metuitur, vel etiam obligatione conventionali liquido probata innititur, & ſic jus petentis certum datur, ita reus jus excipiendi æque liquidum, in facto contrario, quo jus petentis deſtruitur k), ponat, neceſſe eſt.

§. IX.

---

i) Quodſi igitur liquida cum illiquidis immiſceantur ſeparationi locus eſt Quo fit, Mandata partim C. C. partim S. C. ſæpenumero emanare. *REC. DEPVT. de A. 1600. §. 30.* Præjudicia ſuppeditat *MOSER. l. all. cap. III. §. 16. & 17.* Exceptionibus illiquidis Reum poſt paritorium etiam audiri, vult *ORD. CAM. P. II. Tit. 23. ee. fin.* ibi: wolte aber in angeregten Fällen, der Theil, wieder den ſolche Mandata erkannt, nach Vollziehung derſelben dargegen etwas verträglichs vorbringen, das ſoll ihm an Orten, da es ſich ordentlicher Weiſe gebühret, zugelaſſen, dargegen ſein Wieder-Theil in Recht gehöret, und auf beyder Theile Vorbringen, was billig und Recht iſt, gehandelt und erkannt werden.

k) Adeo ut exceptio in facto contrario fundata, ſæpenumero in merita cauſæ principalis ob neceſſariam connexionem incidat. Veluti in cauſa ad ſolvendum legatum in teſtamento relictum, ſi exceptive probetur, teſtamentum eſſe ruptum per alius teſtamenti confectionem. Item in cauſa ſupra ſub n. e.) huj. §phi allegata, de præſtando homagio: ſæpius, in quarto caſu, ſi exceptio judicati, pacti de non petendo, non numeratæ pecuniæ, compenſationis, ſolutionis, & hujus generis plures probentur. conf. *Ill. de LVDOLF. Obſ. 179. LYNCKER. de Grav. Extraj. P. II. Dec. 31. ab EYBEN diſſ. all. §. 25. FREHER. Mind. lib. II. cap. 15. §. 4. n. 1.* Quæ exceptio ſub- & obreptionis reſpicit ad jus Petentis, quod per facta contraria eliditur, ſive cauſam principalem ſive aliam contineat. Ideo ſi jus excipiendi in merita cauſæ petentis incidat, cauſa principalis pariter decidenda eſt. *LYNCKER. de Grav. extraj. Cap. V. P. I. §. 14. n. 2. ſq.* ibique *FREHER. MIND. ab EYBEN diſſ. all. §. 25 Ill. de LVDOLF. Obſ. IV & ſyſtem. Jur. Cam. Sect. I. §. 10. n. 18.* Diſſentit *MOSER. Cap. I. §. 20 ſq. Cap. III. § 36.* pro ſe allegans *Receſſ. Deput. de A. 1600. §. 61,* & *ORD. CAM. P. II. Tit. 23. ee. fin.* Illo *RECESSV* per verba: daß in ſolchen Fällen ſchleunig procediret, und jedesmahl dasjenige, was ad cauſam principalem gehörig, nicht eingemiſchet . . werde. Agitur de caſu, ſi jus petentis nec re-

ſpicias

§. IX.

Reſtat, ut inſpiciatur, quo juris remedio ſuccurratur reo, exceptiones illiquidas contra mandatum S. C. non admiſſas opponenti. Iisdem omnino audiendum Reum arbitror vel in Reconventione vel ſeparato Proceſſu. Equidem plurimi legum interpretes a) in Proceſſu per Mandatum S. C. reconventioni locum non eſſe cenſent. Sententiæ hujus Patrocinium in ORD. CAM. *Part. II. Tit. 23. cc. fin.* b) quærunt. At vero reconventionem *hoc tit. 23.* reo indiſtincte denegari non probatur. Diſtinguendos potius caſus exiſtimo: Reus aut connexas c) aut à cauſa petentis plane alie-

ſpicit ad cauſam principalem, nec ea exceptive eliditur, quo autem non excluditur, ſi jus petentis in cauſam principalem incidat, ſive ita ſit connexum, ut ſeparari nequeat, qualem caſum ipſe *REC. IMP. NOV.* §. *80.* ibi: bey deciſion der gantzen Sache &c. præſupponit. Quod ad *all. Ordin. Cameralem*, quæ vult, Reum poſtea, ſi potuerit, exceptionibus audiri, loquitur de caſu, ſi exceptio ſit altioris indaginis. Quando exceptio ſub- & obreptionis probetur liquida, & jus petentis plane tollat, Mandatum S. C. jamjam decretum ſtatim caſſari neceſſe eſt. Si vero Judex de puncto Paritionis ex probatis relinquitur dubius, ita ut actor de ea exceptione inprimis, ſi hæc cauſæ principali præjudicium afferat, antea ſit audiendus & ad replicandum admittendus, quod ſit, ſi exceptiones relevantes juxta *Receſſ. Imper. nov.* §. *77.* opponantur, tunc plenaria cauſæ deciſio regulariter neceſſaria. Sæpius quoque evenit, ut ſi exceptiones relevantes ſuperveniant, Mandatum, prout circumſtantiæ poſtulant, modo ſuſpendatur, conf. MOSER. *cap. III.* §. *41.* modo limitetur, ita actor in dignitatem, qua antea turbatur, reſtituitur, ita tamen, ut in illa alter ei adjungatur. *MOSER. all. cap.* §. *55.*

a) uti COCCEJ. *Diſſ. de Abuſu Mandatorum S. C.* §. *52.* MEV. *P. VII. Dec.* 21. & MOSER. *all. l. cap.* III. §. 46.

b) ibi: Wolte aber in angeregten Fällen der Theil, wider den ſolche *Mandata* erkannt, nach Vollziehung derſelben - - - dagegen etwas fürderlichs vorbringen, das ſoll ihn an Orten, da es ſich ordentlicher Weiſe gebühret, zugelaſſen - - - werden.

c) ex eodem negotio profluentes, quales exceptiones propris in reconventione

Digitized by Google

alienas exceptiones proponit, Actor aut immediate jurisdictioni Cameræ imperii eſt ſubjectus, aut jure primæ Inſtantiæ vel Auſtregarum gaudet. In cauſis ſeparatis, de quibus proprie excitatus textus loquitur d), omnino diſtincta ratio immediate & mediate Cameræ ſubjecti Actoris habenda eſt. Certe mutuam petitionem e) melius dixeris, quam cum reconventione Cameraliſtæ confundunt: Quippe reus privilegio Auſtregarum & jure primæ Inſtantiæ non privandus, & non niſi mutuis petitionibus locum dari ſeſe manifeſtat, quam juſtam intetpretationem *Ord. Cam.* verba: Daß ſoll ihm an Orten, da es ördentlicher Weiſe gebühret, zugelaſſen, evincunt. Aliud in exceptionibus connexis, ubi Reus ad primam Inſtantiam vel Auſtregas actoris minime relegandus, Connexitas cauſarum inter modos ſtabiliendi & prorogandi Jurisdictionem Cameræ, quamvis ob proceſſum ſimultaneum alio ſubinde ſenſu expreſſe refertur, & ubi ordinationis Cameralis Sanctio deficit, ad jura communia

tione admittuntur. SCHILTER. *diſſ. de jure reconveniendi perſonas illuſtres* §. 52. *ſeq.* conf. *Fratris mei* D. JOHANNIS GOTTLIEB REICHEL *Diſſ. de Reconventione ante conventionem inſtituenda*, *Lipſ. d. 16. Jun. 1729. habita.*

d) quippe ad omnes exceptiones Ordinationem Cameralem fruſtra extendi, clarius habet R. H. R Ordn. *Tit. II.* §. 4. ibi: Auch ſollen die Exceptiones contra Mandata S. & C. C. nach Art und Eigenſchafft eines jedes Proceſſes, und ſo weit ſie darinnen zuläßlich, beobachtet werden.

e) ex negotio diverſo oriens, quæ prætextu Reconventionis in Judiciis imperii uti alio Jure non admittitur. *Ill. de* LUDOLF. *Obſ. 145.*

f) ſed ad reconventionem, quia in Proceſſu ab executiore exceptiones illiquidæ non admittuntur. DECKHERR. *Sent. Cam. in append. n. 13. de A. 1714.*

Digitized by Google

nia g) confugere juris eſt. Cui Sententiæ non refragatur ORD. CAM. *P. III. Tit. 30.* h). Licet enim de Reconventione, quæ in Proceſſu Citationis procedit, principaliter diſpoſitum, hoc ipſo tamen eadem in alio proceſſus genere non excluditur i) potius in hunc modum argumentari licet: Quodſi etiam in proceſſu ordinario reconventionem admitteret *Ordinatio Cameralis*, ubi tamen eadem minus neceſſaria, ſiquidem exceptiones illiquidæ regulariter admittantur, & per omnia probationum genera partes iisdem audiantur, tutius aſſeritur, quod multo magis in illis proceſſus generibus, quæ exceptiones illiquidas plane reſpuunt, admittantur k).

§. X.

---

g) ipſa ORDINATIONE CAM. *Part. III. Tit. 54.* Hinc jus agentis & jus rei contrarium, quod *l. 14. C. de Sent. & interl.* dicitur idem negotium, eodem in judicio peragi & lege conſtitutum eſt, & ipſa æquitas ſuadet, modus autem iſte procedendi reconventio dicitur.

h) ibi: So der Beklagte den Kläger will in das Wieder-Recht verfallen, ſoll er ſolche ſeine Gegen Klage vor der Kriegs-Befeſtigung oder hernach ad proximam & ſecundam fürbringen, und darauf zugleich procediren, und ein Termin um den andern gehalten werden.

i) Itaque textus excitatus potius de mutua petitione, ut ſpecies cum reconventione ſub vocabulo Germanico Gegenklage conprehenſa, quam de Reconventione ex eadem cauſa profluente, & mutuæ petitioni contradiſtincta loquitur. Reconventio enim nihil eſt aliud, quam exceptio in Actionem deducta. Quando igitur Reus in proceſſu Citationis ſive ordinario jus ſuum per modum exceptionis deducere, & Actoris jus agendi elidere valet; temere favorem reorum is negligleret, ut exceptionem maximis impenſis in ſeparata actione deduceret.

k) veluti ſi quis contra inſtrumentum guarentigiatum & confeſſatum opponat exceptionem Solutionis, ſolutione facta ſub ſpe reſtituendæ Antapochæ, ſi eſt in continenti liquida, Mandatum de ſolvendo S. C. caſſatur: ſi illiquida judex reum ad ſolvendum arctet. *FREHER. MIND. lib. II. Cap. 12. §. 6.* factæ ſolutionis exceptionem poſtea per conventionem liquidam reddere Reo non denegatur.

Digitized by Google

§. X.

Huc uſque de Mandatis S. C. eorumque quatuor caſibus ſollicite definitis & diſtinctis, inſimul de exceptionibus, quæ contra Mandata obtinent, pertractata plurimum utilitatis a) quoque præſtabunt in ipſo Proceſſu per Reſcripta paritoria b), qui in ſummo Judicio aulico Imperii frequentatur c). Quamvis enim

---

a) inprimis in quæſtione, quibus caſibus contra Status imperii per Reſcripta paritoria procedere liceat. Certe ad eos quatuor caſus, quorum definitio caput diſceptationis bujus mihi fuit, itidem recurrere neceſſe eſt. Perplurimi enim ex Statibus Imperii ob jus auſtregarum Jurisdictionem Tribunalium ſummorum imperii non, niſi in ſolis cauſis Mandatorum S. C. agnoſcunt. DECKHER. *Rel. Cam. XV. n. 25.* GAIL. *I. Obſ. I. n. 5. Obſ. XVI. n. 12.* ETBEN. *Diſſ. de Mand. S. C. §. 10.* MEV. *P. I. Dec. 140.* Ex ipſa *Ordin. Camerali P. II. Tit. 23.* ibi: In Sachen zwiſchen Partheyen an das Cammer-Gerichte gehörig ꝛc.

b) quæ à reſcriptis ſimplicibus, quibus neque paritoria decernuntur, neque paritio vi exigitur, longe differunt. Reſcriptis enim ejusmodi, ſi carent effectu, cauſa in ſtatum priſtinum reducitur, ſive, ſi ſub ingreſſum litis eſt emanatum, ſic, uti in cauſa citationis plerumque proceditur. Sed longe alia res quoad paritoria Reſcripta, ubi pars adverſa ad paritionem via executionis ſive per pœnas cogitur. De quibus etiam ORDINATIO AVLICA IMPERII *Tit. VI. §. 11. cc. finem* ita habet: ſollen - - - Reſcripta und darauf die Parition erkennet und ausgefertiget werden. Eaque propter eodem loco dicitur ein ernſtliches Reſcript, quo alles Ernſts, item bey Vermeidung ſchwerer Ahndung aliquid ad dandum, faciendum vel omittendum mandatur. En habes differentiam inter Reſcripta ſimplicia & paritoria.

c) Proceſſus per reſcripta paritoria Mandatis S. C. utut jure ſint fundata, attamen ob leviores impenſas, tum ob remiſſiores ſolennitates & probationes in *judicio aulico* præfertur. conf. CRAMERI *Proceſſ. Imper. Sect. I. cap. VIII. §. 8.* Nec perperam, quia hic proceſſus per Reſcripta paritoria certo modo celerioris expeditionis deprehenditur. Exitus enim paritoriorum in Proceſſu per Mandata S. C. adeo frequentatur, ut ad Mandatum S. C. ſimplex, ulterius, adhuc ulterius & ſæpenumero repetito aliquoties vocabulo: adhuc ſequatur. teſt. *Illuſt. de* LUDOLF. *Obſ.*

Digitized by Google

enim modus procedendi per reſcripta expeditior & remiſſior, imprimis ſub ingreſſu litis, eſſe videatur, plusque arbitrii & lenitatis contineat, quam Proceſſus Mandatorum S. C. iisdem tamen fundamentis ex *ordinatione Camerali* & *Conſtitutionibus Imperii* d) depromptis palam nititur. Si rationes quæris, ipſa *ordinatio Aulica Imperii* easdem in diverſa conditione rerum & perſonarum ponit. Proinde ſæpius ſuadet potentioris ſtatus imperii conditio & ſtudium tranquillitatis, in Imperio tuendæ, ut præcedant reſcripta, quibus potentiores ad diſſidium amicabiliter componendum & Concordiam firmandam excitantur e). Neglectis autem, quæ

164. Si tandem Mandata de exequendo exeant, ea priusquam renitentia partis ſatis manifeſta deprehendatur, vix decernuntur, & pœna iis inſerta ſæpius duplicatur, & reduplicatur, quarum pœnarum vix ſumma noviſſima ægre executioni mandetur. Inde nec infrequens eſt, quod ſæpius pro qualitate rei vel perſonarum Proceſſus Citationis loco Mandatorum S. C. eligatur.

d) ut patet ex ORD. AVL. IMP. *T. VI. §. 11.* ibi: Im Fall aber von einer Parthey auf ſeine gegen einen Reichs-Stand eingeführte Klage um unſer Kayſerl. ernſtliches Reſcript und die Jurisdiction genungſam fundiret, auch das factum dermaaſſen beſchaffen, daß der Proceſſ vermög der Cammer Gerichts-Ordnung *à Mandato & Præcepto* angefangen werden kan, gebeten wird, ſo ſollen vermöge der Reichs-Satzungen, jederzeit gerichtliche Mandata oder nach Umſtände der Sache und Perſonen in Fällen, die in der Cammer-Gerichts-Ordnung und andern Reichs-*Conſtitutionibus* fundirt ſeyn, Reſcripta und darauf die Parition erkennet und ausgefertiget werden. Quæ *ordinatio aulica Imperii FERDINANDI III. Capitulationibus LEOPOLDINA art. 41. JOSEPHINA Art. 40.* & Carolinis donec in comitiis Imperii alia conſtituantur, expreſſis verbis approbata eſt. Plura vid. in *MAVRITII Diſſ. de Judic. aulic. th. 19.*

e) adeo ut priusquam *Mandata* de exequendo in potentiorem Statum Imperii decernuntur, ſæpius ejusmodi amicabilis compoſitio aliaque media ad evitandam executionem adhibeantur, De Praxi atteſtat *MOSER. Cap. III. §. 18. lib. all.*

Digitized by Google

quæ ejusmodi reſcripta intendunt, vel ubi ex dictis impedimentis nullum exiſtit, dijudicatu erit difficillimum, quando procedunt reſcripta paritoria contra ſtatum imperii, niſi caſus perveſtigaveris, quos *Ordinatio Cameralis* & *aliæ Conſtitutiones Imperii* in proceſſu Camerali ex Mandatis S. C. definivere. Qui alios, ab hiſce diſtinctos, caſus reſcriptorum paritoriorum fingunt, manifeſtam vim inferunt ipſi *Ordinationi Judicii aulici* f). Itaque expediti Juris eſt, conditionem rerum & Perſonarum duntaxat arbitrio Judicii aulici diſertis verbis relictam eſſe, ſatis vero ſignificanter in proxime antecendentibus verbis factum ita comparatum & easdem facti circumſtantias adeſſe debere, præcipitur, quæ

f) Nam *Ordin. aul. Imper. all. §. 11.* verba: in Fällen, die in der Cammer-Gerichts-Ordnung und andern Reichs-Conſtitutionen fundirt ſeyn, ad alios extra caſus Mandatorum S. C. fruſtra extenduntur, quippe nullibi Juris tum Cameralis tum conſtitutionum Imperii alii caſus extant, uti ipſe *AVTOR. in notis perpetuis Ordin. Aul. Imper. ad d. §. not. ult.* confitetur. Quæ ſatis evincunt, Proceſſum per Mandata S. C. eumque per Reſcripta paritoria in objecto minus differre, cum eædem cauſæ & circumſtantiæ, quæ ad Mandata S. C, ad reſcripta paritoria requiruntur. Perperam igitur *CRAMERVS in Proceſſ. Imper. Sect. 1. Cap. 8. §. 4.* interpretatur verba textus: nach Umſtänden der Sachen, ſi requiſita Mandati deficerent: quaſi cauſæ reſcriptorum dubiæ eſſent, ac Reſcripta paritoria decernere ſoli judicis arbitrio relictum. Conf. *NOTÆ PERPETVÆ ad Ord. Aul. Imper. all. §. II. not. ult.* Aliam verborum Sententiam ipſa *Ordinatio Aul. Imper. §. 15.* liquide demonſtrat. Dein ſtatuum Imperii inprimis Auſtregarum jura manifeſte infringerentur, & quis affirmare auderet, trahi poſſe ad Proceſſum per Reſcripta Paritoria quasvis fere cauſas, tum ſimplicis Citationis, tum Mandatorum C. C. in quibus tamen Jurisdictio contra eos, qui jure auſtregarum gaudent, non eſt fundata, maxime cum *Ord. Aul. Imp. X. all. §. 11.* expreſſe Jurisdictionem ſatis fundatam requirat, & *RECESS. NOVISS. §. 168.* Jus primæ Inſtantiæ ſive Auſtregarum ſtricte obſervari ſancitum reperiatur. *Ill. de LVDOLF. Syſt. Jur. Cam. Sect. I. §. 10. n. 6. & n. 23.*

Digitized by Google

quæ requiruntur, quibus Proceſſus ex *Ordin. Camerali Imperii* à Mandato & præcepto inchoari poſſit g). Qui aliter interpretantur legem optimam, invidiam tavtologiæ vix evitabunt. Hinc regula: non niſi in iisdem caſibus, & circa eadem facta, quæ ex *Ordin. Cameræ aliisque Conſtitutionibus imperii* Mandata S. C. admittunt, Proceſſui per Reſcripta paritoria in *Judicio aulico Imperii* locum eſſe. Quibus definitis certa ratio Proceſſus conſilii aulici per reſcripta paritoria habetur, & ſimul patet, quod hæc procedendi ratio contra eos, qui juribus Auſtregarum gaudent, plane non obtineat, niſi in caſibus Mandatorum S. C. h), prouti in Camera frequentantur. Et hæc ſunt, quæ de conſtituendis quatuor caſibus circa Mandata S. C. pro inſtituti ratione delibare breviter ſuſcepi: Plures ex conſtitutis principiis depromere concluſiones, variosque ex iisdem decidere caſus, & reliquum, quod ad modum procedendi, Lectori benevolo relinquo.

g) probatur ex ipſa *ORD. AVL. IMPER. all. §. 11. Tit. VI.*

h) Vera ratio eſt, quia proceſſus per Mandata S. C. ab executione incipit, qua Auſtregæ ſunt deſtitutæ. *COCCEJ. Diſſ. de Notione Auſtregarum.*

ERRATA.

pag. 8. not. a) lin. 12. pro *petitio*, probatio. pag. 10. lin. 4. pro *computatum*, comparatum. pag. 13. lin. 10. pro *referunt*, referant. pag. 15. not. i) lin. 7. pro *caſu*, jure, pag. 16. not. a) lin. 2. pro *executionem*, executivum. pag. 17. not. d) lin. 2. pro *habent*, habeat. pag. 22. lin. 1. pro *petentis*, petentis.

VA 11522744